Quelle: https://manuscripta.at/?ID=979
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift



In octa Assumpc̃ois. Gaudeã. p totã ut̃ in oĩe lect̃o. Lc̃ lib̃

EGo q̃si vitis fructificaui. Et flores mei fructus honoris et honestatis. Ego mater pulchre dilectionis & timoris et agnitionis et sc̃e spei. In me oĩs gr̃a vie et veritatis. In me oĩs spes vite et virtutis. Transite ad me oĩs qui concupiscitis me. et a generationibus meis adimplemini. Spūs eī meus sup mel dulcis. et hereditas mea sup mel et fauū. Memoria mea in generationem seculi. Qui edūt me adhuc esurient. et qui bibūt me adhuc sitient. Qui audīt me nō cōfundet̃. et q̃ operant in me nō peccabūt. Qui elucidant me vitā eternā habebūt. Et ī. In illo tempore dixit ihs. Hec dicit lect̃o. In vigi. bartholomei Ego aūt. coll. ut in vigi. om̃is apli. lc̃o. Quis vir q̃ timet̃. Et ī. Ego sū vitis vos. In oĩe lect̃o.

OMnipotens sempiterne deus. Oratio aūt. Prestre quesumus. qui huius diei venerandā letamur lenitā in bā apli tui bartholomei festiuitate celebrare tribuisti. da ecclie tue quesumus ut amare quod credidit. et predicare quod docuit. Per. lc̃o In illo tempore. Ihs. Dixit discipulis suis parabolam hanc. Homo quidam nobilis abiit in regionem longinquam. ut accipiat sibi regnum. et reuertatur. Vocatis autem decem seruis suis dedit eis decem mnas. et ait ad illos. Negotiamini dum venio. Ciues autem eius oderant eum. et miserunt legationem post illum dicentes. Nolumus hunc regnare super nos. Et factum est ut reuerteretur accepto regno. et iussit vocari seruos quibus dederat pecuniam. ut sciret quantum quisque negotiatus esset. Venit autem primus dicens. Domine mna tua decem mnas acquisiuit. Et ait illi. Euge serue bone quia in modico fidelis fuisti. eris potestatem habens super decem ciuitates. Et alter venit dicens. Domine mna tua fecit quinque mnas. Dixit autem et huic. Et tu esto super quinque ciuitates. Et alius venit dicens. Domine ecce mna tua quam habui repositam habui in sudario. Timui enim te quia homo austerus es. tollis quod non posuisti. et metis quod non seminasti. Dicit ei. De ore tuo te iudico serue nequam. sciebas me quia homo austerus sum tollens quod non posui. et metens quod non seminaui. Et quare non dedisti pecuniam meam ad mensam. ut ego veniens cum usuris utique exegissem illam. Et astantibus dixit. Auferte ab eo mnam. et date illi qui decem mnas habet. Et dixerunt ei. Domine habet decem mnas. Dico autem vobis quia omni habenti dabitur. et abundabit. Ab eo autem qui non habet. et quod habet auferetur ab eo. Verumtamen inimicos meos illos qui noluerunt me regnare super se adducite huc. et interficite ante me. Et cum hec dixisset. ibat ante illos ascendens Ierosolimam. Et factum est cum appropinquaret Bethfage et Bethanie ad montem qui vocatur Oliueti. misit duos de discipulis suis dicens. Ite in castellum quod contra est. in quo intrantes inuenietis pullum asine alligatum. cui nullus hominum umquam sedit. Et dixerunt ei. Quid solueritis pullum dicetis sic. Quia dominus eius necessarius est illi. Et qui missi fuerant abierunt. et inuenerunt sicut dixerat illis. Et dum solueretur pullus. dixerunt domini eius ad illos. Quid solueritis pullum. Et dixerunt. Quia dominus eius necessarius est illi. Et adduxerunt illum ad Iesum. Et iactantes vestimenta sua. imposuerunt Iesum. Et ibat subtus eis. Et cum appropinquaret iam descensui montis Oliueti. ceperunt omnes turbe discipulorum gaudentes laudare deum voce magna. super omnibus quibus viderant virtutibus. dicentes. Benedictus qui venit rex in nomine domini. pax in celo. et gloria in excelsis. Et quidam pharisei de turba dixerunt ad illum. Magister increpa discipulos tuos. Et respondens ait illis. Dico vobis. quia si hi tacuerint. lapides clamabunt.